

1698 13k 10

Q. F. F. Q. S.

GOTHOFREDI ANTONII, IC.

DISPVATATIO FEVDALIS X

De

FEVDI LICITE ALIENATI REVO- CATIONE,

Quam

Cum Corollariis ex Iure Publico,
ad ductum Institut. Per Illustris Dn. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

P R A E S I D E

IO. SAMVELE STRYKIO

I.V.D. & Professore Publ. Ordinario,

D. X. Decemb. A. O. R. MDC XCIX

Placidæ disquisitioni publicæ submittit

FRIEDRICVS VLRICVS von Wulffen/

Eques Magdeburgicus.

HALAE MAGDEBURGICAE,

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.



2 V A 6 2
OCTOBERE DI ANTONIUS

DISPUTATIO FEADATIS Z

De

FEADATIS
ALTIENATI REAO.
CATIONE

Odeum

Cum Comitatu ex Missis Parvissis

In Academia FRIDERICIANA

Præside

O SAMARITÆ STRIKIO

T.A.D. & P. B. O. L. P. P. O. R. I. N. U. O.

Deo domino & o. m. MDCXCV

Hoc agere deinde tunc implice impunit

Fides Mea speratio.

YRS. CHRISTOPH. VNDRICH. SITTEKII. AG TATI

ANNE. MAGDEBVRGICAE.

1711.





COROLLARIA

Ex Institut. Iuris publici ill. Dn. de Rhetz

Lib. II. Tit. 1.

I.

Dominium eminens Principis in bona subditorum, neque figmentum est, neque dominium priuatum tollit, sed dominum tantum adigit, ut de bonis suis ita disponat, vel disponi patiatur, prout salus Reipublicæ exigit.

2. Ius superioritatis territorialis tantæ eminentiæ est, vt merito pro Maiestatis analogo reputetur.

3. Ad hanc vero superioritatem Principum Evangelicorum quam maxime perrinet cura religionis & scrorum, adeo, vt neminem in his superiorem agnoscant, & hinc nec appellatio in causis ecclesiasticis hic sit admittenda.

4. Quæ de die 1. Ianuarii anno 1624 in Instrumento pacis cauta, hæc tantum possessionem bonorum Ecclesiasticorum concernunt; Nam pro defensione religionis sufficit si modo aliqua dicti anni parte Evangelicæ Religionis exercitium alicubi frequentatum fuerit.

5. Ius emigrandi, quod a religione domini dissentientibus in Instrumento pacis concessum, arbitrii est, non necessitatis, si de cætero tranquille viuant, nec turbis occasionem suppeditent.

6. Reformatæ religionis confortes eadem libertate religionis gaudent, qua Lutherani, & hinc nec possessione

sione bonorum, quam die 1. Ianuarii 1624 habuerunt a
Catholicis deiiciendi.

7. Secularisatio bonorum Ecclesiasticorum pacis
publicæ causa suscepta nihil iniquitatis habet, modo ni-
hil detrahatur necessario cultui diuino.

8. Crimen læsa Maiestatis si a subdito Imperii me-
diato commissum, ad dominum territorii pertinet eius
vindicta, nec opus est remissione ad Imperatorem.


9. Ius collectandi Statibus Imperii hodie sine dubio
competit, nec Status prouincialis hic sibi præcipuas par-
tes vindicare possunt.

10. Subditorum querelæ contra territoriorum do-
minos non mox audiendæ ab Imperatore; sed vel a li-
mene iudicij repellendi, vel literæ Informatoriæ prius
exigendæ.

11. Principibus Imperii potestas competit iura ad su-
perioritatem pertinentia etiam via facti defendere, &
manu militari subditos ad obsequium compellere.

12. Ius exigendi homagium superioritatis conse-
quens est & frustra petunt subditi dilationem homagii
donec priuilegia ipsorum confirmata.

13. Ius sequelæ vel fortalitii exstruendi ad superio-
ritatem territorialem pertinet; Quod si tamen ad æmu-
lationem vicinorum fiant, contradicendi occasio-
nem iustum habent.



DISPV TATIO FEVDALIS X.
DE FEVDI LICITE ALIENATI
REVOCATIONE.

THESES PRIMA.

Interdum feudum etiam liceat alienatum a, reuocatur: quod fit vel περιποίησεως, vel successionis iure b. Ius περιποίησεως dicitur, quo quis contractum alienationis cum alio cœptum perfici prohibet d, & vt secum e fiat petit, vel contractu iam perfecto f, feudum alienatum a possessore g refuso pretio h recuperat i.

a) Licitam alienationem hic intelligimus eam, quæ fit cum consensu domini [vel agnatorum] aut consuetudine vel statuto permittente, Conrad. Rittershus. 2. F. 8. qu. 19.

b) c.i. §. Titius, & ibi Dd. si de feu. def. cont. sit, Vult. i. F. ii. n. 80. Hart. Pift. lib. 2. q. 5. n. 16. q. 7. n. 30. & q. 11. n. 21. [Struv. c. 13. th. 15.]

c) Id est, prælationis, a περιποίᾳ, & ita quidem rectius, Harmenop. in Epitom. iur. civ. lib. 3. tit. περὶ περιποίησεως, Carol. Molin. ad consuet. Paris. tit. i. §. 42. n. 32. Hartm. Pift. lib. 2. q. 5. n. 16. quam vulgo Dd. quorum alii περιποίησεως, alii περιποίησεως, quod etiam magis arridere videtur Andr. Tiraqu. de vrogo retralt. in prefat. n. 2. & pasim, alii denique περιποίησεως, ut Oldendorp. in lib. de iure & equit. scribendum putant. Idem dicitur ius retractus, arg. l. 4. §. 3. ff. de iure fisc. l. 9. §. 2. ff. de administrat. rer. ad civ. pertin. & ius congrui, forte ex l. congruit. 4. C. de locat. pred. civil. lib. ii. vt conieetur aut Tiraquel. quem vide in d. prefat. n. 2. 3. 4. 5. 6. vbi de variis huius iuris appellationibus. Nobis der näher Kauff / Abtrieb oder Einstand. Fundamentum habet in lege Mosaica, Leuit. 2. v. 25. Jerem. 32. v. 7. & seq. Ruth. 4. v. 4. Myns. 3. obs. 51. n. 6. Gail. 2. obs. 19. n. 1. in fin. Ciuili, arg. l. 3. C. de iure emphyt. l. 1. C. non licere habitatoribus, Metrocom. lib. ii. l. 4. C. de loc. pred. ciuil. l. prædia, eod. l. fin. C. de agr. & mancip. eor. l. 35. ff. de minorib. Dd. in l. dudum, (quæ non est interpolata a Tribonianus, vt putat Io. Borch. de feu. c. 3. n. 37.) 14. C. de contrab. emt. Köppen. decis. 52. n. 3. & 4. Dissent. Bald. Arnold. Ferron. Masuer. Ruin. & alii, quos allegat. Tiraquel. d. prefat. n. 61. & Canonica, c. constituta, & ibi Dd. extr. de restit. in integr. ac proinde rationabile, Tiraquel. d. loc. n. 33. & seqq. Köppen. d. decis. 52. n.

13. & 14. Diff. gl. in c. mala consuetudo, distinct. g. & in tota fere Germania, Myns. d. obs. 51. n. 1. Gail. d. obs. 19. n. 1. & 3. Gallia, Italia & Hispania, late Tiraquel. in d. prefat. n. 1. frequentissimum [add. Itterus c. 23. §. 12. vbi plura.]

d) text. est de hoc iure prohibitionis in c. 1. §. porro, ibi, in prohibendo vel redimendo, qualit. olim feud. alien. pot. 2. F. 9. Hartm. Pistor. 2. quæst. 11. n. 21. & q. 12. n. 1. Vult. d. c. 11. n. 81. Rol. de feud. c. 9. concl. 86. n. 3. Ludolph. Schrad. de feud. p. 8. c. 7. n. 2. & 3. Hæc autem duo remedia, prohibitionis & retractus, ex eodem quidem iure προσταγή, descendunt, separata tamen sunt, Rosenth. concl. 86. n. 4. [Germanico etiam differunt idiomate, illud enim dicitur ein Verkauff/Einstands-Recht/näher Rauff hoc, scil. ius retractus, ein Wiederkauff.] Vnde qui iure prohibitionis vñi non sunt, ii propterea iure retractus vti non prohibent, Schrad. d. p. 8. c. 7. n. 8. Carol. Molin. ad consuet. Paris. §. 13. gl. 1. n. 5. & 6. cum illud perfecta emtione adhuc competit, imo primum competere incipiat, Rosenth. d. concl. 86. in f. [Hinc licet agnatus in alienationem consenserit, a iure tamen retractus non excluditur Berlich. p. 2. concl. 40. n. 39.]

e) Extraneo itaque hoc ius cedl non potest, cum in illo cesset eius ratio, vt nimirum res maneat in genere seu familia, Tiraquel. de retract. lignag. §. 26. gl. 1. n. 41. & 3. seqq. Molin. ad consuet. Paris. tit. I. §. 13. n. 20. & seqq. Dan. Moll. ad Nouell. Elect. Augst. p. 2. confit. 32. n. 58. vbi testatur eam quoque in conuentu Misnensi placuisse deputatis Electoris. [Aliud in iure protimis eos conuentionali Carpz. p. 2. c. 32. d. 20.] Diff. Bartol. Angel. Castr. & Iaf. int. 1. §. usufructarius, ff. de nov. op. nuntiat.

f) Quod sit simul atque de pretio conuenierit, in princ. & §. 3. Inßit. de empt. vendit. Vnde deduco, etiam ante traditionem hoc ius competere. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. n. 50. & si. Dan. Moller. add. confit. 32. n. 6. & seqq. [Carpz. p. 2. c. 32. d. 3. Dissent. Berlich. d. concl. 40. n. 28. quem refutat. Carpz. d. l.] Dissent. Ioann. Fab. ad §. 1. Inßit. de empt. vend. Chassan ad consuet. Burgund. rubric de retract. §. 1. in vers. vend. in princ. Iaf. in l. s. cui legatur, ff. de legat. i.

g) Quocunque, non solum extraneo, sed etiam agnato, gradu tamen remotiore, per d. vers. Titius. Wurm. tit. de feudis, 51. obs. 4. n. 8. accurate Hart. Pistor. 2. q. II. n. II. & seqq. Ludolph. Schrad. de feud. p. 1. q. 4. n. II. & q. 5. n. 24. Rosenth. de feud. c. 9. conclus. 88. n. 6. Diff. Thom. de Marin. de generib. & qualit. feud. tit. 2. n. 68. Franc. Sonsbec. p. 13. de feud. n. 117. iunct. n. 121.

n. 121. & seqq. præserim 125. quorum argumenta recenset Pistor. d. q. 11. n. 7. &
3. seqq. & abunde refutat num. 14. & seqq. usque ad num. 20.

h) Quid emptor soluit vel soluere paratus est, s. sed etiam res, i. ibi,
pro equali (intellige illi quod emptor vult dare) prelio accipere volentis,
& ibi, pretio si quod dedit, per quos fiat inuest. 2. F. 3. c. 1. vers. porro, ibi,
pro equali prelio redemptio. qual. ol. feud. al. pot. 2. F. 9. arg. l. 3. C. de iure
emphyt. l. pen. & vlt. C. de locat. præd. ciuil. lib. II. c. potuit, ibi, quantum subi
ab aliis offertur. Locati. Curt. iun. p. 4. de feud. n. 152. Ioan. Köppen. de-
cisi. 52. n. 18. & 19. Tiraquell. de retr. lign. §. 1. gl. 18. n. 4. & seqq. confirmat
multis Schrad. p. 8. c. 7. n. 6. [Richt. Dec. 76. n. 112. & seqq.] Si igitur minus
offerat, etiam si pretium iustum & sufficiens pro rei valore foret, non tamen
audietur, Hartm. Pistor. 2. q. 12. n. 9. & 3. seqq. Schrad. d. c. 7. n. 7. q. 2. Vult.
d. c. 11. de feud. n. 104. Schneid. p. 7. de feud. n. 103. Rosenth. c. 9. concl. 86. n. 3.
Wesemb. consil. 73. n. 76. & 2. seqq. Nov. El. Aug. 33. p. 2. & ibi Dan. Moller.
num. 1. nisi tamen fraus vel collusio interuenisse appareat. Schrad. d. num 7.
Ferrar. Montan. libr. 4. de feud. c. 5. Hartm. Pistor. d. q. 12. n. 12. in fin. & n.
seq. quo casu non tantum quantum aliis soluere velle simulat, sed quantum
revera soluit numerabit. Ioan. Köppen. decisi. 54. n. 47. arg. l. 4. §. 5. & l. 14.
in princ. ff. de in diem addict. l. 1. & tot. eir. C. plus valere quod agit. l. 3.
vers. & siquidem, ibi, quantum ipse revera ab alio recipere potest. C. de iure
emphyt. cum similib. Rosenth. c. 9. conclus. 86. n. 3. lit. b. Huc pertinet qua-
stio, quid juris sit: si post primum contractum emptor augeat pretium in
ipsa venditione appositum, tanquam id non satis iustum fuisset, num isto
casu redimens soluere debeat emptori etiam hanc pretii accessionem seu
supplementum? Negat Arnold. Ferron. ad consuet. Burdegal. tit. de retrah.
etu, §. 1. inf. arg. l. 2. ff. de ret. vendit. l. qui fundum, 7. §. 1. ff. pro emptor.
latissime Tiraquell. de retr. lignag. §. 1. gl. 18. n. 50. & seq. usque ad n. 60. vbi
tandem post longam disputationem distinguendum dicit, utrumque illud sup-
plementum factum fuerit in continent, omnibus adhuc integris, an vero
rebus non integris: ut illo casu quid in posteriore, hoc, quid in primaven-
ditione actum sit dispiciatur. Quod si partes super pretio conuenire neque-
ant, iudex id facta subhaftatione ex bono & aequo arbitrabitur. Ferrar. Mont.
d. c. 5. Köppen. d. decisi. 52. n. 20. per ibid. not. Hartm. Pistor. d. q. 12. n. 13.
inf. Denunciatio quoque vel iudicis vel partis necessaria est, c. fancimus,
& ibi Matth. de Afflict. n. 2. & 9. de iure περιμόσεως, arg. l. 3. C. de iure
emphyt. l. 17. ff. ad l. 1. l. de adult. l. 5. ff. quod uant clam. late Tiraquell.
de retract. lign. §. 36. gl. 1. & gl. 2. pertor. alioquin retrahere volens facti igno-
rantiam

rantiam prætendet, l.f. §. 1. pro suo, l. II. ad SC. Vellejan. l. 42. de reg. iur. c.
 cum quis, de reg. iur. in 6. eleganter Wesenb. consil. 73. n. 73. Nec sufficit
 dare pignora vel fidejussores, quamvis idoneos, sed omnino pecuniam quam
 dedit emptor restituere cogitur, arg. l. 4. §. 3. de reiudicat. l. 10. de pignorat.
 att. l. 6. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 21. §. 2. de consti. pecun. Tiraq.
 de retract. lignag. §. 3. n. 14. & seqq. Pistor. d. q. 12. n. 6. Rosenth. c. 9. concl.
 60. num. 3. lit. f. Cum enim hoc casu facto opus sit ad consequendum hoc
 ius id in primis impleri debet, arg. l. 19. & ibi not. C. de vsur. l. 5. C. de dijsr.
 pign. Tiraquell. de retract. lign. §. 1. gl. 17. n. 6. Pistor. d. q. 13. n. 5. nisi emptor
 illi deberet, tum enim posset compensare. Tiraq. d. §. 3. gl. 3. n. 2. & 5. Molin.
 ad confuet. Paris. §. 13. gl. 7. n. 10. & 11. cum id vim solutionis habeat, l. 4.
 qui potior in pignor. modo liquidum sit, vel intra tempus solvendi liqui-
 detur, Ros. d. concl. 90. n. 3. sub lit. c. Sed & vna cum pretio refundenda
 emptori sunt meliorationes & impensae, si quas in re fecit. Vide Tiraquell.
 de retract. conuentional. §. 7. gloss. 1. per tot. poriss. n. 3. Dan. Moller. ad Nou-
 well. El. Augus. p. 2. consti. 32. n. 24. & seq. [Carpz. d. c. 32. d. 7.] modice
 tamen quales sunt quæ ad conseruationem ædificiorum pertinent, die Gü-
 ter in Dach und Fach zu halten / non curantur, sed ei incumbunt, qui ha-
 bet usum rei, l. 12. de impens. in res dot. fact. l. 18. §. 2. in f. commodat. Moller.
 add. consti. 32. n. 27. ubi quid sit Dach und Fach explicat. Et ita respondit
 Modest. Pift. conf. 27. n. 123. l. 2. Porro quia, vbi cunque de iure περιποίησεως
 circa res feudales tractatur, mentio fit pretii, id in aliis contractibus, quam vbi
 pretium interuenit, admitti non debet. Schrad. p. 8. defeud. c. 7. n. 33. & c. 3. n. 4.
 Cuiac. de feu. tit. 4. lib. 2. & in c. Titius lib. 4. tit. 4. Vult. d. lib. defeud. c. II. n.
 105. Ros. c. 9. coel. 90. n. 4. eleganter Pistor. d. q. 12. n. 14. 15. 16. 17. In permutatione
 itaque retractui locus non est, Ros. d. concl. 90. n. 10. Guid. Pap. decisi.
 92. in f. & decisi. 508. n. 1. Dan. Moller. ad Nouell. Aug. p. 2. c. 32. n. 30. 31. 32.
 vbi in fine scribit, ita pronunciatum fuisse in Scabinatu Lipsiensi. [Carpzov.
 p. 2. C. 49. d. f. 5.] Diff. Io. Igne. ad l. dudum n. 99. C. de contrah. empt. & A-
 lexand. conf. 197. n. 1. & seq. lib. 7. multo minus in donatione, d. §. sed etiam
 res, & ibi Dd. per quos fiat inuestit. Pistor. d. q. 12. n. 17. Schrad. d. c. 7. n. 4.
 Rosenth. d. concl. 90. n. 7. idem est in subfeudatione, Cuiac. d. lib. 2. tit. 4.
 & lib. 4. tit. 4. Vult. d. c. II. n. 106. Rosenth. d. concl. 90. n. 5. Hartm. Pistor.
 2. q. 44. n. 6. & 16. nisi dolo vel collusione quadam nomen subfeudationis
 contrahentes usurpent, interim vero pretio interueniente, reuera sit emptio
 venditio, tunc enim rescissa inuestitura (si quæstamen dicenda est) & pre-
 tio, quod accipiens dedit, reddito retractui locus foret. text. est in d. c. 1. §.
 sed vlt.

sed etiam res, vers. per feudum, ibi, nisi fiat in fraudem nostræ consuetudinis. Pistor. d. q. 12. n. 16. Rosenth. d. concl. 90. n. 6. [Idem & in permutatione & donatione iuris Reinking. de Retract. qu. 4. n. 91. & 94. Struv. c. 13. t. b. 21. n. 1.] Quomodo vero & quando fraus circa hæc præsumatur, vel non, pluribus persequitur Arnold. Feron. ad consuet. Burdegal. tit. 2. de retract. §. 25. Chafsan. in Consuet. Burg. Rubr. 10. de retract. §. 9. num. 5. seqq. Molin. in consuet. Paris. §. 13. gl. 5. num. 46. & seqq. Illud notandum quod scribit Dan. Moller. ad Nonell. Aug. 32 p. 2. n. 32. inf. si subsit suspicio simulatos esse eiusmodi contractus, & in fraudem agnatorum retrahere cupientium factos, iurare super iis in defectu probationum contrahentes cogi, & ita pronunciasse Scabinos Lipsenses. confer Marcell. Calam. de modo artic. & proband. §. 2. q. 557. n. 1273. & seq.

i) c. i. §. sed etiam res, ibi, compellatur rem tibi restituere, per quos fiat inuestit. idque alienatore etiam num viuo. Hart. Pistor. p. 2. 45. n. 16. q. 11. per tor. potiss. n. 11. & seqq. & q. 20. n. 16. & 17. Andr. Fachin. libr. 7. controvers. c. 15. quod ipsum quoque vasallo defuncto ipsi est liberum: sed quis tam stultum credit eum, qui vasallo defuncto iure proprio, sine villa refusione pretii, reuocandi ius habet, nisi causa aliqua vrgens, cur id faciat, subsit, iure potius περιμποστεως oneroso, quam iure suo proprio lucroso usurum esse. Vult. I. F. II. n. 81.

II.

Quod fieri potest etiamsi emptor ante redemptionem feudi ob feloniam illo priuatus a, vel cum pacto de retrovendendo emptum, & felonia ante reuenditionem commissa sit b, idque condicione ex moribus feudorum c.

a) Schrader. tract. de feud. p. 2. p. 9. princip. sect. 10. n. 1. Rosenth. c. 10. de feud. concl. 7. n. 1. & 2. quoniam illis fraudi esse nec debet, nec potest alienatio a vasallo facta. Barthol. Chafsan. in consuet. Burgund. rub. 10. des retractis le lignagier. gl. fin. ou. detenteur. vbi Matth. de Afflict. §. 11. contrarium docentem reprobavit. Maxime si feudum hoc tale esset, in quo vassalli venditoris offensa agnatis nocere non potuisset. Rosenth. d. conclus. 7. num. 3.

b) Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 30. q. 43. n. 161. Tiraquell. de retract. conventional. §. 3. gloss. vnic. n. 32. Rosenth. d. concl. 7. n. 4. Quid si dominus vassallum venditorem auocando præuenisset, an ab eo quoque repeti hac actione potest? Affirmant Tiraquell. Molin. d. loc. quibus subsitit Rosenth. d. conclus. 7. n. 5. 7. 10. Negat Ioan. Schoner. disput. feudal. g. thes.

g. tbcf. 105. vol. 1. & quidem rectius, cum factio ex pacto de iureuendo sit mere personalis, nec detur contra tertium possessorum. Andr. Gail. 2. obser. 16. n. 3. Mynsing. 6. obs. 69. Diff. Bald. consil. 82. lib. 1. Paul. de Castr. int. si cum venderet. ff. de pignorat. act. n. Schrader. d. scil. 10. n. 3. Et ex hac ipsa quoque ratione, si contra pactum de retrouendendo feudum alienatum esset, ab eo, in quem alienatum est, vindicari nequit, sed agi saltem potest aduersus venditorem ad interesse. Ioachim. a Beust. in rep. l. admoneendi, num. 872. ff. de iureiur. Sichard. in l. 3. num. 7. C. de condit. ob. caus. Modestin. Pistor. consil. 21. num. 4. lib. 1. Wesebe. consil. 39. & Ernest. Cothman. consil. 41. dicens id certi & in foro ac curiis recepti iuris esse. Eamque confirmauit etiam Elector Saxoniae Augustus Nouell. consil. 32. p. 2. vbi Dan. Moller. n. 38. & seq. communem & veriorem scribit, prolixie in vtramque partem disputans Tiraquell. de retract. conuentional. §. 1. gloss. 7.

c) Quoties enim lex noua aut consuetudo ius nouum inducit, nihil vero de actione disponit, conditio inde dari solet, l. i. & ibi Bart. & alii. ff. de condit. ex lege, & quod id in feudis etiam obtineat testantur gloss. Bald. Ifer. Aluar. Præpol. & omnes inc. i. de contror. int. dom. & empt. Ludolph. Schr. p. 8. c. 3. n. 8. quæ est personalis in rem scripta, Robert. Marant. diff. g. n. 2. Bald. in d. c. 1. n. 2. Gail. 2. obser. 19. n. 6. Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. gl. 5. n. 6. & §. Rosenth. c. 9. concl. 94. n. 12. ideoque possessorum quounque res vadat sequitur, arg. l. 3. §. 3. ad exhibent. l. 9. §. fin. quod met. caus. l. 3. vbi Bart. Bald. & Dd. C. cod. Contra quem & libellus proponendum. Jacob. Nov. de iure περιμήσεως, §. 4. n. 46. Chaffan. in consuet. Burg. rub. 10. §. 11. n. 12. 3. vnde si primus emptor durante tempore retractus secundo vendidit, a secundo illo repeti hac actione potest, Chaffan. d. rubr. 10. de retract. §. 11. in verb. on. detenteur. n. 2. Rosenth. c. 9. concl. 94. n. 15. id que oblato pretio quo prior, non quo ipse emerat, Chaffan. Rosenth. dd. loc. arg. l. postliminium, 19. §. 9. de capiv. & postlim. Dissent. Sebaut. Neoph. in constit. si quis emit. sup. verb. vniuersali, qui putat, ex secunda venditione agi oportere. Quid si non vendidit, sed tertio alicui donavit? adhuc idem dicendum, Rosenth. d. conclus. 94. n. 17 eleganter Robert. Marant. diffut. 9. per tot. Dissen. Schrad. d. p. 8. c. 3. n. 4. Afflict. de iure περιμήσεως §. licet enim, num. 19. & decis. Neapol. 338. Conueniendo eum vel in loco rei vendita, vel etiam domicili, quandoquidem hoc in actionibus mixtis & personalibus in rem scriptis concedi solere dubium non habet, c. ex parte de foro compet. vbi Canonist. Tiraquell. d. §. 8. gl. 5. n. 1. 3. 4. 5. 8. 9. confer. Arnold. Ferron. in consuet. Burdegal. §. 1. tit. 2. de retract. Adco vt si res sub diuerfis

diuersis iurisdictionibus inferioribus sit sita, ex illo capite liberum sit actori apud omnium superiorem proximum item instituere ex causæ continetia, secundum tradita Gail. 1. obser. 32. Mynsing. 1. obser. 4. Rebuff. de euocat. num. 71. & ita in petitione hereditatis Cameram Imperialem iudicasse sapientis testis est Rosent. d. concl. 94. n. 19. Atque ea quidem omnia quæ de iure περιποίησεως, hactenus diximus, locum habent, etiam si feendum ex natura sua, vel ex statuto, consuetudine aut conventione, sine agnatorum aut in ineustitura comprehensorum consensu, esset alienabile. Vult. lib. 1. de feud. c. II. n. 95. quia hoc ius seu priuilegium videtur eis tacite reseratum ex quo expresse ademptum non est. Ioan. Caccialup. obser. feudal. 20. n. 1. 2. Wurmb. tit. de feudis, 51. obser. 17. Diff. Molin. in consuet. Paris. verb. feendum, §. 35. n. 22. Burfat. consil. 94. n. 53. Imo etiam si in isto loco aut provincia, vbi feendum situm & etiam curia Domini est, ius retractus sive περιποίησεως in aliis rebus non sit in vsu. Rosenth. c. 9. de feud. concl. 87. n. 2. quia rectus in feudis non propter consuetudines aut leges prouinciarum. agnatis ius redimendi & retrahendi indulgentes, sed ex generali feudorum consuetudine, in bonis feudalibus vbique locorum, vbi vsus feudorum vi- gent, illis competit. Sonsb. de feud. p. 13. n. 120. Hartm. Pistor. p. 2. q. 11. n. 9. & u. Tiraq. de retract. lignag. §. 35. gl. 4. n. 13. in fin.

III.

Iure successionis a feendum alienatum nunquam viuo, sed defuncto demum alienante reuocari potest, idque rei vindicatione vtili b, pretio nullo refuso c.

a) Quod vi ineustitura competit, & dependet a facultate succeden-
di, atque ex hac prouidentia antecessorum quesita. Vult. d.c. II. n. 82. Hartm.
Pistor. 2. q. 6. n. 8. & q. 19. n. 17. q. 28. n. 1. & 8. Iul. Clar. §. feendum, qu. 41. num. 2.
Quo modo omnis alienatio, etiam autoritate Principis facta. Bald. & Dd.
in c. 1. de alienat. feud. patern. Hartm. Pistr. 2. .qu. 40. n. 33. redditur nulla
atque inualida, cum hoc casu reuocatus ius suum in ineustitura fundatum ex
seipso astimet, aliter atque in iure περιποίησεως, in quo agnatus ius in con-
tractu fundatum ex persona potius emptoris astimat, imo ex sua etiam i-
psius ob proximitatem. Vult. d.c. II. n. 82. in fin. Idque procedit, non solum
in alienationibus propriis, sed in omnibus, quæcumque sub generali aliena-
tionis vocabulo veniunt, imo in quavis alia dispositione per quam feudi
conditio redditur deterior, vel aliquo onere prægrauatur, c. 1. §. econtrario,
in fin. de inaeust. de re alien. fact. 2. F.S. Ideoque hypotecam vel pignus in

L 1 z

feudo

feudo absque consensu agnatorum constitutum in ipsorum incommodum cedere non potest. Andr. de Iser. Camerar. & Dd. in c. Imperiale, in princ. de prohib. feud. alien. per Frid. Pistor. d. quest. 6. n. 45. cum 3. seqq.

b) Guerrin. Piso Soac. in prelud. feudor. c. 21. n. 9. Hartm. Pistor p. 2. q. 1. n. 29. [Quam actionem reuocatariam vocat Struv. c. 13. tb. 17.]

c) c. i. §. hoc quoq. & ibi Dd. de succession. feud. & d. versic. Titius, ibi, nullo dato pretio recuperari potest, si de feud. def. cont. sit. 2. F. 26. c. 1. in pr. de alien. feud. pater. 2. F. 39. Mynsing. 4. obf. 83. n. 2. Schrad. p. 8. c. 8. n. 31. & 2. seqq. & hoc afflere omnes Interpp. in d. versic. Titius, nullo, in contrarium cuncte scribit Hart. Pistor. p. 2. q. 6. n. 10. Neque sane mirum, cum enim iure vasalli alienantis per mortem penitus extincto, atque hinc etiam iure acceptoris sublati, feudum ad agnatum proprio iure pertinere incipiat, is utiq; lege pristinæ conuentionis tum inter alios initæ, tum etiam morte autoris iam extinctæ, ad pretii restitutionem adstringi, vel alio onere prægrauari minime poterit, sed potius feudum suo iure libere vendicat. Quod verum est, et si æris alieni necessitate cogente ad alienationem vasallus processisset Curt. iun. p. 4. num. 107. Hartm. Pistor. d. q. 6. n. 49. & 5 seqq. Dill. Hanneton. tract. feud. lib. 5. c. 5. vel etiam nullo eius hoc quidem casu interueniente facto feudum in solutum datum, vel aliqui distractum, & creditoribus adjudicatum esset. Tiraquel. deretr. lignag. §. 1. gloss. 14. n. 3. 14. & seq. Mehoch. de arbitr. iud. quest. lib. 2. cent. 2. casu 182. Hartm. Pistor. d. q. 6. n. 55. cum 2 seqq. Nisi feudum esset alienatum obonus quoddam reale feudo ita incumbens ut agnatus etiam iniuitus istud agnoscere teneretur, Hartm. Pistor. d. q. 6. n. 66. Ioan. Koppen. decis. 54. n. 83. vt si quis pro elocandis filiabus vel maritandis sororibus pecuniam mutuo sumpsisset, & feudum oppignorasset, agnati et si non consensissent istud soluere & pignus luere tenerentur, Koppen d. l. Pistor. d. q. 6. num. 67. iis enim, ex consuetudine, deficientibus ceteris bonis hereditariis, ex feudo dos est constituenda, eleganter Hartm. Pistor. p. 2. qu. 37. Koppen d. decis. 54. n. 84. & 87. Dan. Moller ad Nouell. Elect. August. 46. & 4. seqq. n. 13. p. 2. [Carpz. ad d. Conf. 46. d. 16. Struv. c. 14. tb. 17. Moribus autem Pomeraniæ & Marchia ex feudo deberunt dos etiam hereditas ampla sit. Mev. P. 3. D. 363. Muller. Resol. March 02. n. 16.] quod in terra fere Germania receptum esse, testatur Modestin. Pistor. conf. 11. n. 26. lib. 1. Idem obtinet in dotalitio Koppen. d. decis. 54. n. 89. Pistor. d. qu. 6. n. 67. quod viduis nobilibus, moribus potissimum Saxonici etiam irrequisitis agnatis, quantum non excedit quantitatem dotis, constitui solet Hartm. Pistor. p. 1. qu. 4. n. 6. Jacob. Thöming. conf. 4. n. 73. lib. 1. Schurff, conf. 51. nu. 2. cent. 3. Georg. a Rot-

Rotschitz in libell. vom Leibgeding art. i. n. 20. Ioach. a Beust. tract. de iure connub. p. 3. c. 9. confer per discursum prolixo hæc tractantem Andr. Kohl. libr. exercitata. iur. c. 1. § 2. [Carpz. P. 2. C. 42. d. 5. n. 5. & Klock. P. 3. conf. 155. n. 181. Mylerus ab Ehrenbach in Gamol. Princ. Imp. c. 12. n. 8. & seqq. Struv. c. 14. th. 9. seqq.] Diff. Ambros. Schurer. in tract. de success. ab intest. tit. 4. de honor. differ. versic. ex consuetudine huius patriæ, atque ita suo tempore in aula Electorali obseruatum fuisse, referr. Dan. Moller. ad Nouell. Augst. p. 2. c. 42. num. II. De pecunia mutuo sumpta, pro praestando seruitio militari, idem affirmat Thom. de Marin. quod recte improbat Bartholom. Camerar. in c. imperiale, de prohib. feud. alien. per Frideric. quia vasallus ratione seruitiorum domino praefandorum fructus feudi percipit, non igitur propter illa feendum novo onere prægrauare debet, non consentientibus agnatis. Hartm. Pistor. d. q. 6. n. 69. Iacob. Thoming. decis. 27. Koppen d. decis. 54. num. 93. 94. [Struv. d. c. 14. th. 16.] Sane si as alienum occasione feudi contractum & in vilitatem eius conuersum esset, agnatos ad solutionem tene-ri recte consuluit Crauet. conf. 197. n. 1. idem tenet Camerat. in d. c. imperiale, quod etiam constitutionibus Electoralibus Saxonis comprobatum est. Nouell. Aug. p. 2. c. 46. vbi Dan. Moller. [Richter. dec. 78. n. 30. Carpzov. P. 2. C. 46. d. 26.] atque ita vnu seruatur. Pistor. d. q. 6. n. 70. quod accurate secundum regulas iuris communis examinat Iacob. Thoming. decis. 27. [Plura de debitis feudalibus prolixo tractat Struv. c. 14. per rot. add. Carpz. tr. de oner. vasalli feudal.]

IV.

Vtrumque ius non competit, nisi in inuestitura vocatis^a, & quidem filiis, vt feendum ex pacto & prouidentia paternum reuocent^b, non item nouum consensu domini alienatum^c; nec hereditarium, siue nouum sit, siue antiquum^d.

a) Eo excepto, quod in feudo ex statuto vel consuetudine alienabili dominus quoque habet ius περιμήσεως, c. 1. §. porro, ibi Dd. qual. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 20. gloss. 10. n. 5. Ioan. Köppen. decis. 52. n. 5. fac. 1. fin. C. de iure emphyt. [Carpz. p. 2. c. 31. d. 6. 7. Rauchb. 6. p. 4. qu. 43. n. 22.] ita vt in feundo novo etiam agnatis sit potius in antiquo vero illis cedat. d. c. 1. §. porro, vers. in prohibendo autem, ibique Schenck. Baro. n. 7. & 9. Balzaran. n. 16. & alii, Wesenb. conf. 73. n. 42. p. 2. vbi Iasonem in d. l. fin. n. 12. C. de iure emphyt. in parte dissentien-

tem allegat. Quod intelligendum de feudo novo, in quo agnati ius succendi non habent. Nam in retrahendo eo, quod ex pacto in transuersales est transitorium, præferendi sunt agnati domino, Rosenth. *de feud. c. 9. q. 87. num. 6.* An & filii? Non puto, nisi feudum sit ex pacto & prouidentia, & parentis alienans non consentiat domino retrahere volenti. Diff. Rosenth. *d. loc. filios indistincte potiores existimans.* Quid si perenti vasallo dominus feudi vendendi facultatem concederit, an nihilominus ius retractus habebit? Negantium nobis arridet opinio. Hartman. Pistor. *lib. 2. p. 1. q. 12. n. 51. & 56.* Schneid. *de feud. p. 7. c. 2. n. 79. & seqq.* Nic. Boer. *in consuet. Biturig. iur. de consu. rei feud. §. 1. gl. vn. insin.* Diff. Carol. Molin. *d. §. 20. gl. 1. n. 8.* cui adstipulari videtur Rosenth. *c. 9. q. 91. num. 9. & seqq.* vide tamen eundem *num. 15.*

b) In hoc enim feudo filii eodem fere, quod agnati, iure censentur, ut ab illis etiam omisla hereditate posit retineri, Rosenth. *c. 2. q. 33. n. 46. 50. & seqq. & 7. q. 21. n. 1. 3. 5.* Schrader. *p. 8. c. 8. n. 12.* (Diff. Hartm. Pistor. *lib. 2. p. 1. q. 1. n. 71. q. 2. n. 10. & q. 13. n. 50. & seqq.*) ac proinde defuncto alienatore ex iure successionis reuocari, Zaf. *de feud. p. 8. n. 62.* Rosenth. *c. 9. q. 67. n. 2. & q. 71. num. 5. & seqq.* Fachin. *7. controv. iur. 18.* Ioan. Köppen. *decis. 54. n. 27. & 49.* Dissen. Hartm. Pistor. *libr. 2. p. 1. q. 13. n. 33. & seqq.* illo autem viuente iure περιτυμήσεως. Schrad. *p. 8. c. 7. n. 9.* Sonsb. *p. 13. n. 117. 171. cum seqq. 126. & 136.* Rosent. *d. c. 9. quas. 88. n. 1. & seqq.* Myns. *4. obs. 85. n. 3.* Cacheran. *decis. 175. n. 2.* Ioan. Köppen. *d. decis. 54. n. 44.* Diffent. Hartm. Pistor. *d. loc.*

c) Necdum enim ius in feudo novo radicatum habent, sed nudam succedendi spem, quæ quorum est constituta conuentione, corundem quoque præcidi potest contrario consensu, Hartm. Pistor. *lib. 2. p. 1. q. 4. num. 44. cum seqq.* Rosenth. *c. 9. q. 66. n. 1.* Fachin. *7. controv. iur. 8.* Iacob. Thoming. *decis. 23. n. 3.* Myns. *4. obs. 85. n. 12.* Köppen. *decis. 54. n. 40.* (Dissen. Sonsb. *de feud. p. 13. num. 100.* Alter. Bald. *in c. 1. §. hoc quoq. n. 4. de success. feud.* Curt. *iun. de feud. p. 4. n. 144.*) nisi proprio suo acceptantum facto in feudo novo ius sibi quæserint, Rosenth. *d. c. 9. q. 65. n. 11. & seqq. & q. 66. n. 6.* Thoming. *d. decis. 23. n. 7.* Hart. Pistor. *d. q. 4. n. 91. & quest. 20. n. 14. & seqq.* aut feudum æque principaliter contemplatione eorum concessum fuerit, Vultr. *1. F. II. n. 84. vers. hinc valde prob. Fachin. d. c. 8. vers. ad ipsam, inf.* Hartm. Pistor. *d. q. 4. n. 88.* qua de re vide latisime differentem Rosenth. *d. q. 66. a. num. 6. usque adf.* [Imo hic vnicus casus est, ubi feudum ratione liberorum potest dici ex pacto & prouidentia, ut dixi superiorius. *D. I. tb. vlt. lit. k. p. 60. in not.*] d) Non

d) Non ex iure successionis, quo non fruuntur, nisi suscipiant bonorum allodialium hereditatem, atque ita factum defuncti patris praestent, c.i. an agnat. vel fil. 2. F. 45. c. 1. §. filius, de capitan. qui cur. vend. 2. F. 51. c. vn. sumus ex fratrib. 4. F. 83. iuxta Cuiac. & arg. c. i. §. Titius, & §. si vasallus culpam, si de feud. defunct. cont. sit, 2. F. 26. c. vn. si vasal. feud. priv. cui def. 2. F. 31. Hartm. Pift. lib. 2. p. 1. q. 13. n. 51. & seqq. Vult. 1. F. II. n. 88. Rosenth. c. 9. q. 69. n. 1. vide tamen eundem, quest. 71. & 72. pasfm per tot. & confer Fachin. 7. contror. iur. 18. [Add. pro sententia autoris Carpz. p. 2. c. 28. d. 9. & 12. p. 2. C. 48. d. 11. Berl. p. 2. concl. 58. n. 28. Richter. Dec. 79. n. 4. & 7. Michaelis Resp. Chilon. 14. Itterus c. 23. §. 13. Struv. d. c. 13. th. 10. n. 5. seqq. vbi hanc sententiam pluribus rationibus comprobatur, & ad dubia respondet.] neque retractus seu προτυπώσεις iure, vt erudite ostendit Hartm. Pift. d. lib. 2. p. 1. q. 5. n. 26. & qm. 13. n. 55. Fachin. 7. contr. iur. 19. per d. §. Titius, si de feud. defunct. conten. sit, & d. tit. 83. in extraordin. Diff. Rosenth. d. c. 9. q. 88. Schrad. p. 8. c. 7. n. 26. [quorum sententia etiam verior vid. Struv. c. 13. th. 22. quia filius hoc ipso factum patris non impugnat, sed tantum in extra- nei emptoris locum, oblato eodem pretio, surrogari petit. add. Berlich. p. 2. concl. 60. n. 27.]

V.

Agnatis vero ius reuocandi feudi tam hereditarii b, quam eius, quod est ex pacto & prouidentia c competit: non tamen promiscue omnibus, quorum interest; sed proximis tantum d.

